



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

19. Continuatur responsio ad sextum argumentum. Ex p. 6. tr .3. res. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

docetque esse fallacia & periculis plena, & expressè contra factos Canones, & propterea Confessores & Religiosos debere consulere Regibus, ne irritent Deum contra se in adiunctionibus suis. Hæc omnia Petrus Iacobus. Ceterum quidquid fuerit de tali consuetudine, & an obseruata fuerit in Regno Gallie, certum est his temporibus consuetudine ista non grauari amplius statum Ecclesiasticum per constitutions Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & Henrici IV. vetantes, ne Clerus bona recens quæsta extra manum suam ponat, aut pro illis amortizandis quidquam solvere compellatur: Et parlementa illius Regni approbant acquisitiones rerum stabilium per Clerum factas. Vide Annæum Rober-  
ton lib. 2. rerum iudicarum, cap. 21. Addo quod aliqui defendunt legem Amortizationis in Gallia ex ratione particulari, quam videbis apud Tortum in Apologia pro libertate Ecclesiastica, ad Gallum Francum, fol. 14. Antoniu Bonum in responsu ad considerationes Pauli Seruice, part. 3. ad quartam argumentum, fol. 44. Paponum lib. 1. capite 5. num. 5. & alios. Quæ quidem ratio non procedit communiter in aliis Regnis. Ergo, &c. Sed quia suprà audiimus Gallum contra ius amortizationis loquentem, audiamus & Hispanum: Et is erit Ioannes Beltran de Guevara in propugnac. libert. Ecclesiast. assert. 1. §. 6. num. 22. vbi sic ait. Fuit & aliquando apud nos in Regno Castellæ lex amortizationis à Rege Ioanne II. lata Pintia anno 1442. scripta in libro ordinationum Regum Catholicorum L. sit. 9. lib. 5. Ordinat. Veter. Reg. Cathol. vbi cantum erat, ne quis alienaret bona immobilia in exemptos à Regia iurisdictione: Quod si alienauerit rem immobilem, quinta pars valoris rei Regi daretur, quam imposuit super ipsiis rebus; ita ut cum hoc onere transeat ad quoscumque, iuxta doctrinam Bartoli in tract. de fid. instrument. & ex cap. porro, de privilegiis. §. 1. de min. Quæ lex meritò à Catholicis, & à sapientissimo Rege, ac Domino Nostro Philippo II. (con)animam in pace apud Deum requiescere credimus) non fuit recopilata in noua recolectione Legum nostrarum eius iussu edita, immò fuit inde sublata, ac proinde correcta, iuxta præceptum illius collectionis; in qua habemus aliam legem, quæ est L. sit. 3. lib. 1. quæ prohibeat leges fieri contra libertatem Ecclesiasticam. Ita Guevara. Vide me ipsum in part. 4. tract. 1. refol. 57. vbi multos alios Doctores adduco afferentes leges Amortizationis esse contra libertatem Ecclesiasticam, quibus addo Adamum Tannerum in defens. Eccles. libert. lib. 2. c. 17. fol. 435.

RESOL. XIX.

Continetur responso ad sextum argumentum? Ex p. 6. tract. 3. Refol. 11.

**S. 1.** Ad exemplum verò Regni Portugallie, in quo Anonymus afferit similem legem adesse prohibentem bona stabilia in Ecclesiis alienari posse. Respondeo, ut constat ex Regestis Innocentij II. Honorij III. Innocentij IV. Clementis IV. Gregorij X. Martini IV. & Nicolai IV. Reges Portugallie Sanctius, & Alphonsus III. & Dionyssius quasdam prauas consuetudines & leges contra Ecclesiasticam libertatem in eo Regno introductas moniti sunt abolere. Sed quia hoc facere diffulerant, Alphonsus, & Dionyssius excommunicati fuerunt, & Regnum interdicto suppositum. Et tandem Rex Dionyssius precibus Prælatorum Re-

gni Portugallie à Nicolao Papa IV. fuit absolu-  
tus, cùm à Gregorio X. fuisset excommunicatus  
ad quem effectum fuit habitum publicum consisto-  
rium, in quo Regis Dionysij Oratores praefliterunt  
inramentum in animam Regis de parendo mandatis  
Ecclesiæ, vt pater ex literis Nicolai IV. datis Romæ  
apud Sanctam Mariam Maiorem X. Calendas Aprilis  
Pontificatus sui 11. id est, anno Domini 1490. Omnes  
quoque Portugallenses fuerant à vinculo, quo tene-  
bantur soluti.

2. Scio aliquos Doctores hanc legem in dicto  
Regno Portugallie adhuc iustificare ex priuilegio  
& concordato obtento à Summo Pontifice: quod si  
re vera extet, videant illi ad quos spectat: nam Do-  
ctissimus & Amantissimus Dominus meus Francis-  
cus Albici S. Officij Assessor in quodam respon-  
so firmat tale priuilegium seu concordatum non ex-  
tare & certè qui priuilegium se dicit habere \* tenetur  
illud in authentica forma demonstrate, vt patet ex

cap. 1. de fid. instrument. & ex cap. porro, de privilegiis. \* Sup. hoc  
ibi Abbas, Decius & alij, quos citat & lequitur Bar-  
bosa in collect. tom. 2. lib. 5. iii. 3. c. 3. n. 5. Rota Roma-  
na in vna Osenensi Canonicius die 1. Decembri  
anno 1595. coram Pegna, & doceo nouissime Ioan-  
nes Antonius de Saura in voto Platonis de primis  
instantiis, & aliis recursibus §. 1. fol. 48. col. 2. qui-  
bus adde Pesantum tract. de immuni. Eccles. diff. 3. n. 2.  
vbi sic afferit: Dico esse videndum, an verè is ha-  
beat priuilegium? qui dicitur habere; & ipsius esse  
illud ostendere; quando fiat instantia; item fuerint  
vnquam derogatum. Ita ille.

3. Non definiam tamen hic adnotare, quid  
etiam supposita iustitia dictæ legis in Regno Portu-  
gallie adhuc aliqui afferunt licitum esse instituere  
Capellas & Oratoria, & Anniversaria Missiarum in  
Ecclesiis Regularium; vnde Anastasius Germanius  
in assertione libertatis Ecclesiasticae, cap. 7. fol. 75. sic  
afferit. Hac quoque lege minus obstante aliud Reli-  
giois adiumentum est remedium, quo immobilia  
qualiacumque sint, ipsis aequi possint impune.  
Vñ etenim receptum est, vnicuique priuato licere  
in Ecclesiis Regularium Oratoria seu Capellas insti-  
tuere, vel certum Missarium anno quolibet recitan-  
darum numerum, pro quibus verè potest bona sta-  
bilia relinquere; & hoc titulo à Regularibus & Mo-  
naftieris iuste acquiruntur; & retinentur: quia cum  
aliter fieret, experientia comperitur est huicmodi  
obligationes parus temporis intervallo euaniisse, in  
maximum piarum mentium detrimentum. Ita Ger-  
manius loco citato.

4. \* Ad exemplum Regis Odoardi, qui etiam \* Sup. hoc  
condidit legem, ne immobilia Ecclesiis relinqueren-  
tur in Regno Angliae. Respondeo cum Ferdinandio de  
Bastida in Antidoto ad considerationem Pauli Ser-  
uice in resp. ad arg. 47. fol. 125. stante iniquitate huius  
Regis, ipso in Anglos in regno seditionem excitasse  
cum periculo Regis, qui tandem dictam legem susti-  
lit: & quia Codex Bastidae ratus est, ponam hinc eius  
verba. [La legge che fece Odoardo, lo pose in estre-  
mo pericolo della sua trouina: per che questo Ecesso  
cagionò ne subditi una manifesta Rebellione, donde fu  
forzato a suo mal grado rinouasse la legge fatta.] Vn-  
de appetit ipso in Laios cognovisse iniustitiam  
tas legis, quæ iram Dei contra Regnum excitatæ  
poterat. Vnde Theologi Seruice in defens. conf. Paul. V.  
• 7. fol. 142. sic afferunt. [Odoardo Re d'Inghilterra  
fece tale legge ma non poteua farla, perciò mala-  
mente la face.] Idem etiam docet Antonius Bonius  
in respon. ad considerationes Pauli Seru. p. 3. ad 10. argu-  
mentum, fol. 42.

## 320 Tract. III. De Statuto prohib. alienat.

Sup. hoc cur-  
sum, ibidem,  
in lin. vta

5. Ad exemplum de quibusdam statutis Germania, quod assertur ex Gail. Respondeo dictum Gail dixisse prius esse communem opinionem, ut haec statuta non afficiant Clericos; postea subdit in Germania obseruari contrarium. Itaque si communis opinio habetur pro ieritatem juris, iuxta notata in cap. *annularis, de consit.* Ergo, quod in contrarium seruit, est de factos quod allegare est allegare inconvenientia, de quibus conqueritur Papa in cap. *Clericis, de immun.* Ecclesiam 6. dicens: quod nonnulli Ecclesiastarum Prelati, & Ecclesiastice personae trepidantes, vbi trepidandum non est, transitoriam pacem quarentes, plus timentes majestatem temporalem offendere, quam eternam, abusibus praedictantibus libertati Ecclesiastica non tam temerarie, quam improuidè acquiescent.

6. Sed ad dicta exempla Germaniae & Saxoniae, que adducit Anonymus, Respondeo cum Antonio Bouio in responsu ad considerat. Pauli Servita, part. 3. ad 10. argumentum, fol. 42. & 46. vbi sic ait. [Di Carlo Magno non hò mai letto, che in Sassonia vi fosse tale legge nà se la fece, s'hà da tenere per fermo la facelle di consenso de Vescovi; essendo che esso non promulgaua manco le leggi Civili senza il Consiglio de Vescovi, come se può vedere nelle Prefazioni delle sue Capitolari. E se in alcun stato de Germania vi furono simili leggi, furono riuocate da Federico II. & da Carlo IV, Imperatori, ed in specie questa, di cui trattiamo. E fu statuto che se l'autuenero alcuno la tornasse a fare, fuisse ipso iure nulle. E queste constitutioni Imperiali sono rescrritte, e confermate dal Concilio Constantiense. Ne gli altri Regni di Spagna, non è vero che vi sia simile legge. E vero che Ferdinando terzo fece una simile legge contra le Monache di S. Domenico de Madrid: ma non si tolto fu ammonito del Papa Gregorio IX. con vn suo Breve, che la riuocò, come riferisce Ferdinando del Castillo nell'istoria del Domenicano lib. 1. c. 41. Similmente è vero, che i Procuratori delli Regni di Spagna hanno procurato, e con Carlo V. e con Filippo II. che si prouedesse di fare questa legge, allegando molte ragioni danni, ed inconvenienti; però non si sono mai questi Religiosissimi Principi arrogato di portera la fare, ne prelo ardire di farla, fu loro fatta istanza di questa legge nelle Corti fatte in Valladolid nell'anno 1523, alla petitione 45. E nelle Corti di Segovia nell'anno 1592, alla petitione 61. e nelle Corti di Madrid nell'anno 1534, alla petitione 9. In quelle de Valladolid nell'anno 1548, petitione 126. E finalmente in quella di Madrid 1579, che finirono l'anno 1582, nella petitione 18. Con tanta istanza molestati & importunitati questi Principi, non però mai fecero tale legge, ne dissero di poter la fare: mà sempre risposero, che haverebbero procurato col Papa, che comandasse si facesse, e la confermasse.] Haculque Bouius.

Sed quid moror in refellendis exemplis, que Anonymus in sua additione contra nostram sententiam adducit; cum non quod factum sit, sed quid fieri debeat spectandum sit. ex leg. sed licet ff. de offic. Presid. & ex cap. cum causam, de elect. neque exempla nisi bona sequenda sunt, vt tradit Aulus Gellius lib. 10. Noctium Atticarum, cap. 19.

Et haec dicta sufficiente circa presentem questionem quam defensionis causa coactus sum fusius explicare & quia cum in prima impressione dicta pars fuerit apposita Additio simpliciter hinc additamento revisoris; aliqui putauerunt me sententiam mutasse, & illius fusile Auctorem, & non nostrum Anonymum cui in mente reducam verba. D. Hieronymi Epist. 2. ad Nepot. similem legem, quam ipse defendit, detestantis, & sic afferentis. *Sacerdos Iudorum, auriga & scorta, hereditates, c. solis Clericis & Monachis hoc lege prohibetur.* Ita ille.

### RESOL. XX.

An statutum, sine lex invalidans donationem omnium bonorum factam à Patre filio Clerico, sit contra Immanitatem Ecclesiasticam? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 3.

§.1. **N**egatiuè responder Azeuedus tom. 3. lib. 5. i. 11. num. 18. recopil. & Marienzo etiam in l. 11. tit. 10. lib. 5. gloss. num. 3. & Vasquez opus. de restit. cap. 6. §. 1. dub. 2. num. 34. vbi sic afferit. Notandum quod lib. 11. tit. 10. lib. 5. recopilat. efficitur nulla ipso iure donatio facta à parentibus omnium bonorum alicui filio exempto vt pote Clerico, quia presumitur, quod fiat in fraudem tributi Regij, & existimo in conscientia esse nullam donationem, nec id est contra immanitatem Ecclesiastican, Ita Vasquez.

2. Sed multi contraria sententiam docent per ea, que adduximus infra in resolu. 14. & purant non posse legem Civilem hanc presumptionem inducere, ut alienio facta in Ecclesiastici videatur in fraudem Fisci, vel tributorum, & ob id esse validam docent; & ego puto contra Vasquez, etiam opiniatio negativa effet sequenda, talem donationem si non fieret in fraudem tributorum esse validam, non solum in foro conscientia, sed etiam in foro externo, & ideo Inrisconsulitus. Flores de Mena var. 99. lib. 2. quatt. 21. §. 2. num. 73. sic affernit. Si ab ipsa villa fraude, & in casibus à iure permisss aliquis fecisset donationem omnium bonorum, vel maioris partis, & hoc probaretur, quod tunc etiam deberet liberari; nam illa lex non impedit homini libero liberam administrationem rerum suarum modo licto, & in casibus à iure permisss, nec irritat ipso iure dictam donationem, sed solum presumit fraudulentam, & eam annullat ipso iure ad effectum procedendi, & non ad alium. Quod amplius appareat, quia lex illa dat licentiam donatori allegandi de suo iure; ad quid ergo seruiret illa licentia, si donatio semper, & quacunque via effet nulla, quia tali existenti, quidquid allegasset, vel ab illo, vel ab ipsis bonis posset Fiscus sua tributa exigere. Vnde aperte concludendum est presumptionem in illa legi, non esse irris, & de iure; quia posset probari contrarium, sed solum iuris, ac proinde esse nullitatem presumptam, & revocabilem comperta veritate, & non veram. Ita ille. Notandum est etiam quod dicta presumption non procedit ex sola donatione, nisi cum donatione alia suspicio, & indicium appareret.

### TRACTA